XENOPHONTIS
OPERA OMNIA

RECENSITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA.

VOL. IV. SECT. III.

CONTINENS

XENOPHONTIS HIERONEM.

ED.

LUDOVICUS BREITENBACH.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCXLVII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

XENOPHONTIS

H I E R O.

RECOGNOVIT

ET

INTERPRETATUS EST

LUDOVICUS BREITENBACH,

PHIL. DOCT., GYMNASII VITEBERGENSIS SUBRECTOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCXLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

PRAEFATIO.

Instituitur in hoc libello disputatio inter Hieronem, Syracusarum tyrannum, et Simonidem, celeberrimum poetam. Antequam vero de argumento, consilio et genere disputationis explicemus, de vita utriusque viri et ingenio praemittenda quaedam esse videntur.

Duo exstiterunt Hieronis nomine Syracusarum tyranni, unus, qui inde ab olymp. LXXV, 4. usque ad olymp. LXXVIII, 3. (a. Chr. 477 — 466), alter, qui ab olymp. CXXVII, 4. usque ad olymp. CXLI, 2. (a. Chr. 270 — 215) regnavit. Hic, cuius nomine hic Xenophontis liber inscribitur, antiquior ille fuit Hiero, Dinomenis filius, Gelonis frater. — Gelo olymp. LXXIV, 1. (a. Chr. 484) Syracusarum tyrannide potitus Gelam urbem, quam antea occupaverat, Hieroni regendam tradidit. Iam moriturus olymp. LXXV, 4. (a. Chr. 477) Syracusarum imperium, quod domi bellique felicissime tenuerat, Hieroni et Polyzelo fratribus administrandum commisit, usque dum filiolus suus suae potestatis et regni potens fieret. Sed Hiero iuniorem fratrem mox expulit et Thrasydaeo, Himerae tyranno, ad quem confugerat Polyzelus, bellum intulit. Si-

monide autem auctore Polyzelus paullo post fratris gratiam reconciliavit, et Hiero posthac non solum Syracusis, Gelae, Camarinae, Megaris Hyblaeis, quae iam Geloni paruerant, sed etiam Naxo, Catanae et Leontinis, quas urbes tyrannidi suae adiecerat, usque ad olymp. LXXVIII, 3. (a. Chr. 466) non sine magna gloria imperavit. De moribus et ingenio Hieronis mirum est quam magna sit veterum scriptorum dissensio. Diodorus Siculus XI, 67. haec scripsit: Ἱέρων ὁ πρεσβύτατος τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὁμοίως (ac Gelo frater) ἦρχε τῶν ὑποτεταγμένων. Ἦν γὰρ φιλάργυρος καὶ βίαιος καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος. Quo cum iudicio severissimo quanquam non plane consentiunt alia testimonia, Pindarus tamen in quatuor illis carminibus, quibus Hieronis victorias ex certaminibus Olympiis et Pythiis reportatas celebravit, a variis vitiis illum deterrere studet. Olymp. I. v. 82 sqq. a Tantali superbia ut se avertat, adhortatur, Pyth. I. v. 173 sqq. II. v. 101 sqq. III. v. 96. avocat eum ab avaritia, violentia et insidiis, ibidemque ad liberalitatem et benignitatem excitat. Etiam Aristoteles Polit. V, 9. §. 3. commemorat Hieronis diffidentiam et malas artes, quibus usus sit in cives suos. Ipse denique Xenophon IV, 6. Hieronem confitentem facit haec: οἱ τύραννοι τοίνυν ἀναγκάζονται πλεῖστα συλᾶν ἀδίκως καὶ ἱερὰ καὶ ἀνθρώπους διὰ τὸ εἰς τὰς ἀναγκαίας δαπάνας ἀεὶ προςδεῖσθαι χρημάτων, unde colligere licet, ne rapinis quidem ac sacrilegiis abstinuisse tyrannum. Haec crimina ut pessimum ostendunt Hieronem et regem et hominem, ita non desunt testimonia, quae quavis laude cumulent et celebrent eundem Hieronem. Pindarus Pyth. III. v. 124 sqq. laudat eius clementiam et hospitalitatem, Pyth. I. v. 118 sqq. eius liberalitatem, Olymp. VI. v. 58 sq. eius iustitiam; Olymp. I. v. 167. honesti studiosum eum dicit, et in eodem carmine v. 20 sq. omnibus adeo virtutibus ornatum praedicat. Adde denique Plutarchi (de sera numinis vindicta p. 21. Wyttenb.) de Gelone et Hierone iudicium: ἀλλὰ Γέλωνά γε ἴσμεν καὶ Ἱέρωνα τοὺς Σικελιώτας καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτους ὅτι πονηρίᾳ κτησάμενοι τυ-

ραννίδας ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς, καὶ παρανόμως ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐλθόντες ἐγένοντο μέτριοι καὶ δημωφελεῖς ἄρχοντες.

Vides, quam sibi contraria sint veterum scriptorum de Hierone testimonia: nec tamen vel tantam eorum diversitatem explicare et, quid de Hieronis ingenio statuendum sit, intelligere difficile esse videtur. Cappeyne van de Coppello in dissertatione, cuius infra mentionem faciemus, in duobus Aeliani locis viam invenisse sibi visus est, qua scriptorum ista dissensio dirimatur reique veritas exploretur. Aelianus enim V. H. IV, 15., ubi plura proponit principum exempla, qui e morbis meliores evaserint moribus, praeter alia haec narrat: Ἱέρωνά φασι τὸν Σικελίας τύραννον τὰ πρῶτα ἰδιώτην εἶναι καὶ ἀνθρώπων ἀμουσότατον, καὶ τὴν ἀγροικίαν ἀλλὰ μηδὲ κατ᾽ ὀλίγον τοῦ ἀδελφοῦ διαφέρειν τοῦ Γέλωνος. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ συνηνέχθη νοσῆσαι, μουσικώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο, τὴν σχολὴν τὴν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας εἰς ἀκούσματα πεπαιδευμένα καταθέμενος. Ex his verbis apparere Coppello existimat, Hieronem antea multis vitiis deditum et incultum post morbum fuisse bonum, honestum et bene eruditum. Accedere ait, quod idem Aelianus IX, 1. de Hierone tradat: Ἱέρωνά φασι τὸν Συρακούσιον φιλέλληνα γενέσθαι καὶ τιμῆσαι παιδείαν ἀνδρειότατα· καὶ ὥς ἦν προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας λέγουσι· προθυμότερον γάρ φασιν αὐτὸν χαρίζεσθαι ἢ τοὺς αἰτοῦντας λαμβάνειν, quae verba de tempore post morbum intelligenda arbitratur. Quae quidem Coppellonis sententia, quam ante eum etiam alii (imprimis Schneidevinus in Simonidis Reliquiis p. XX.) proposuerant, quanquam per se satis est probabilis, tamen Pindari carminibus non plane confirmatur. Illum morbum, qui obitum paene minatus est Hieroni, in olymp. LXXVI, 3. (a. Chr. 474), i. e. in quartum eius regni annum incidisse inter interpretes Pindari constat. Igitur, ut staret Coppellonis ratio, necessarium esset, ut ea carmina, in quibus vitia tyranni commemorantur, ante morbi tempus composita essent, in quibus virtutes, post morbum. Sed ita res non habet. Olymp. I., ubi Hieronem a Tantali superbia

dehortatur, circiter olymp. LXXVII. (a. Chr. 472 — 469) scriptum esse videtur, Pyth. I. et III., in quibus odis clementia, hospitalitas et liberalitas laudatur, olymp. LXXVI, 3. (i. e. ipsi fere morbi tempori) adscribuntur. Accedit quod uno eodemque carmine vehementissima vituperatio una cum summa laude continetur. Dico Olymp. I., ubi conferas v. 20. cum v. 82 sqq. Quae quum ita sint, statuere non licet, morbum illum effecisse, non certe solum effecisse, ut homo avarus, superbus, violentus fieret deinde liberalis, clemens et honestus. Si componimus omnia quae veteres narrant de Hierone, veri esse simillimum videtur, eius ingenium a sensu pulchri atque honesti non fuisse alienum: alioquin nobilissimus et candidissimus poeta illum tam magnifice celebrare non dignatus esset. Sed facile ac saepe concitabatur ad superbiam et iram, indeque plura alia nascebantur vitia, quae familiaribus eius civibusque haud raro fiebant perniciosissima. Quum vero statim ab initio regni honestissimorum et eruditissimorum virorum, Pindari, Bacchylidis Cei, Epicharmi, Xenophanis Colophonii, Aeschyli, Simonidis Cei, consuetudine usus esset, fieri non potuit, quin uberrimos fructus inde Hieronis animus et ingenium perciperet. Profecit sine dubio in bonis moribus non minus quam in bonis litteris, si quidem certum est sine virtutibus eum de amplificandis non solum, sed etiam de ornandis Syracusanorum rebus optime merere non potuisse. Huius autem rei praeter Plutarchum l. d. testis est etiam Herodotus III, 125: *ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκοσίων γενόμενοι τύραννοι, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι*, in qua sententia ad Gelonem et Hieronem sine dubio respicit. Saepius tamen rediisse Hieroni priorem libidinem et ferocitatem intelligimus ex Pindaro. Itaque fieri potuit, ut alii, velut Diodorus, vitiorum tantum Hieronis mentionem faciant, alii virtutes eius summa laude efferant. — Quae omnia si computamus, quin ad fidem historicam Hieronis ingenium Xenophon expresserit, non est quod dubitemus. Apparet enim Hiero apud Xenophontem is qui

acerbo dolore affectus sit propter mala, quae cum tyrannide coniuncta sint, quique enixe cupiat, ut integrum civium sibi amorem conciliet. Vide modo cap. VIII. §. 1. et cap. XI. §. 8. Talis ergo vir prae aliis dignus visus est Xenophonti, qui de tyranni conditione dissereret.

Alter, qui colloquens inducitur cum Hierone, est Simonides Ceus, Leoprepis filius, olymp. LVI, 1. (a. Chr. 556) natus*). Poesi lyrica, quam iam adolescens in sacris Baccho celebrandis hereditario quodam iure exercuit, quum mox per totam Graeciam inclaruisset, contigit ei, ut ab Hipparcho tyranno Athenas invitaretur. Hipparcho interempto et Hippia deinde Athenis pulso, Aleuadarum et Scopadarum, Thessaliae tyrannorum, familiaritate usus est usque ad illud tempus, quo primum Persae Graeciam armis opprimere tentabant. Apud Thessalos artem memoriae invenisse fertur singulari quodam casu admonitus, de qua re Quinctilianus Instit. Orat. XI, 2, 11. haec refert: „Artem memoriae primus ostendisse dicitur Simonides, cuius vulgata fabula est: quum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegatam ei pecuniae partem, quod more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris et Pollucis exierat. Quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, iubebatur. Et persolverunt, ut traditum est. Nam quum esset grande convivium in honorem eiusdem victoriae atque adhibitus ei coenae Simonides, nuntio est excitus, quod eum duo iuvenes equis advecti desiderare maiorem in modum dicebantur. Et illos quidem non invenit, fuisse tamen gratos erga se deos exitu comperit. Nam vix eo limen egresso triclinium illud supra convivas corruit atque ita confudit, ut non ora modo oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur memor ordine quo quisque discubuerat corpora suis reddidisse." Ex Thessalia Athenas reversus, quum

*) Haec de Simonide excerpsi ex Schneidevini Prolegomenis ad Simonidis Cei Carminum Reliquias, p. III sqq.

olymp. LXXII, 4. (a. Chr. 489) Athenienses praemio proposito poetas ad elegiam in eos, qui in agro Marathonio occubuissent, faciendam publica auctoritate provocassent, Aeschylum suavitate sua vicit Simonides. Decem annis post quum Xerxes Graeciam infestasset, praeter alia Leonidae Spartiatarumque in Thermopylis facinora insigniter concelebravit, ad epigrammata ipsorum tumulis inscribenda ab Amphictyonibus conductus. Deinde navales pugnas Artemisiam et Salaminiam summosque Graecorum duces, quorum celeberrimo, Themistocle, familiarissime usus est, in coelum extulit. Post pugnam Plataeensem biennium fere apud Pausaniam versatus, deinde olymp. LXXV, 3. vel 4. (a. Chr. 478 vel 477) octogesimo vitae anno invitatus ab Hierone tyranno Syracusas se contulit ibique ad olympiadis LXXVIII. annum primum (a. Chr. 468), qui vitae ultimus fuit, vixit. A Cicerone Cat. Mai. VII, 23. inter eos poetas refertur, quos non coegerit in suis studiis obmutescere senectus. Nobili sepulcro honestatus suavissimus poeta, cui hoc inscriptum fuisse epigramma tradidit Tzetzes Chill. I, 24:

Ἒξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο νίκας
καὶ τρίποδας· θνήσκειν δ' ἐν Σικελῷ πεδίῳ.
Κείῳ δὲ μνήμην λείπεις, Ἕλλησι δ' ἔπαινον
εὐξυνέτου ψυχῆς σῆς ἐπιγεινομένοις.

Iam quod attinet ad mores Simonidis et animi indolem, quamvis in eo conspirent omnes, qui de eo memorarunt, ut eum non mediocri lucri cupiditate arsisse coarguant, velut primus pretio carmina pepigisse narratur, conspicuus tamen erat modestia, abstinentia, religione et maxime sapientia, quae spectabat non solum ad respublicas regendas administrandasque, sed etiam ad emendandos mores vitamque beate agendam. Hac sapientia, quam ipse Hiero apud Xenophontem I, 1. praedicat, tantam apud tyrannum assecutus est auctoritatem, ut non solum Polyzelum, ut supra memoratum est, in fratris gratiam reduceret, sed etiam pacem conciliaret inter Theronem Agrigentinum et Hieronem eiusque amicos, ut Hiero adeo sororem Theronis duceret. Etenim, ut exhi-

iarabat poeta Hieronem carminibus et facete dictis delectabat, ita erudiebat sermonibus suis. Quales sermones antiquitas iactavit non paucos; nam, ut est apud Platonem Epist. II: *περὶ Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται οἱ ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς.* Cicero de N. D. I, 22: „roges me, inquit, quid aut quale sit deus: auctore utar Simonide, de quo quum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit. Quum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit. Quum saepius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret, quia, quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior." Talia sermonum inter Hieronem et Simonidem consertorum argumenta quoniam ore hominum circumferebantur, non dubium esse videtur, quin Xenophon in scribendo hoc dialogo eorum, quae ab utroque disputata tradebantur, rationem habuerit. Et profecto, quid veri esse potest similius, quam tyrannum potentissimum eundemque eruditum et cives suos felices reddendi studiosum cum familiari homine eoque sapientissimo saepius disseruisse de tyranni conditione et de iis omnibus, quae pertinent ad hanc conditionem. Colloquuntur enim in hoc libello de vitiis et virtutibus tyrannidis, et ita quidem, ut Hiero de invidia et cuiuslibet generis malis, quae coniuncta sint cum tyrannide, vehementer conqueratur, Simonides autem demonstret, quomodo tyrannus regnum et malis istis liberare et in civium non minus quam in suam ipsius salutem administrare possit. Quid ergo, num Simonides, vel potius Xenophon commendat tyrannidem eamque liberae civitatis formae, qua Athenienses utebantur, anteponit? Hoc quidem visum est cum aliis C a r o l o F r o t s c h e r o (prolegom. p. 6.), sed, ni omnia me fallunt, perperam. Utut alibi Xenophon de imperio, quod penes unum sit, iudicavit, id quod hoc loco exponere longum est, hoc certe libello tyrannidem non modo commendari, sed ne probari quidem iam inde apparet, quod longe maxima pars dia-

logi in eo versatur, ut infelicissima atque miserrima tyranni non solum, sed civium etiam illi subiectorum conditio demonstretur. Sed quum, ut Hiero (cap. VII.) diserte ostendit, non sine maximo salutis periculo, vel omnino non possit fieri, ut imperium, quamvis sit malum vix tolerabile, deponatur, operae pretium videbatur Xenophonti docere, qua ratione tyrannis, ubi semel occupata esset, et tyranno et civibus saluti esse posset. Hoc consilio scriptum esse Hieronem, non est quod pluribus comprobemus. Lege librum, et singula quaeque eo spectare statim intelliges.

Iam vero quaesitu dignum esse videtur, quid commoverit Xenophontem, ut litteris aliquid mandaret de tyrannide, quae Xenophontis tempore ex civitatibus germanae certe Graeciae omnibus dudum erat exturbata. Quanquam certi aliquid de hac re statuere non licet, non tamen contemnenda videtur Dalbrueckii sententia, qui (in libro, qui inscribitur: *Xenophon. Zur Rettung seiner durch B. G. Niebuhr gefährdeten Ehre*, p. 93.) opinatur res, quae tum in Thessalia agebantur, Xenophonti causam praebuisse ad conscribendum hunc dialogum. Illo enim tempore, quo Scillunte vivebat, ubi plurimos Xenophontem librorum suorum scripsisse traditum est, Pharsali Polydamas, Pheris Iason rerum potiti erant. Hoc nuntio, maxime Iasonis occupatione tota Graecia vehementer conturbabatur. Nam ille tyrannus, egregiis et ducis et regis virtutibus praeditus, magna moliri et Graecis quoque, si Thessaliam excederet, periculosus fore videbatur. His rebus fortasse adductus est Xenophon, ut rationem tyrannidis multum et diligenter consideraret, et, oblato ipsi isto sermone Hieronem inter et Simonidem habito, demonstraret, quid faciendum esset tyranno, ut civitatem occupatam redderet quam felicissimam. Neque etiam praetermittendum est in hac causa eodem tempore, quo Xenophon scripsisse videatur hunc tyranni Syracusani cum Simonide sermonem, Syracusis regnasse (olymp. CI — olymp. CX, 2.) Dionysium huius nominis natu maiorem, quem Plato ad persequendam et efficien-

dam illam, quam mente sibi informaverat optimae civitatis effigiem, commovere frustra conatus est (olymp. XCVII.).

Quod ad formam dialogi attinet, in ceteris Xenophontis libris, qui ex sermonibus constant, primas disputationis partes Socrati tributas videmus, qui arte illa μαιευτικῇ usus alterum interrogando inopinantem paene ad rectam cognitionem perducit. Cur in dialogo de tyrannide habendo Socratis personae locus non fuerit, non est difficile ad perspiciendum. Mala tyrannidis explicari a nemine poterant melius, quam ab eo qui ipse hac infelicissima conditione functus esset. Hanc ob causam quum Hieronem statuisset de re proposita disserentem facere, tyrannum suo tempore potentissimum et eruditissimum atque etiamnunc hominum memoria celebratissimum, Socrati quascunque huius disputationis partes mandare in mentem venire Xenophonti non poterat. Nam praeceptoris sui veneratissimi tradere nolebat verba, nisi quae loquentem illum ipse audivisset. Immo fingere Socratis cum Hierone aut alio tyranno sermonem, si voluisset, nec temporis nec loci ratio permittebat. Ut autem non personam Socratis, sic nec formam Socraticam dialogo adhibuit auctor. Instituit potius singulare quoddam sermonis genus, quod consilio libri quam maxime responderet. Quum enim, ut vidimus, duo essent quae explicanda sibi sumpserat Xenophon, non uni (ut est in Socraticis sermonibus) primas in disputando partes dedit, sed duobus et alternis quidem. Primum Hiero suam sententiam evincit, tyranni vitam esse miserandam et privati conditione longe inferiorem, quibus concessis deinde Simonides tyrannide uti licere in salutem tyranni et civium demonstrat, ita tamen, ut alter alterum saepius interpellet aut interrogando aut contradicendo, eoque ipso efficiat, ut dialogus procedat semper et ad finem denique perducatur. Coppello in Hierone morem Aristotelicum invenisse sibi videtur, cuius proprium hoc sit, ut ipsum statim argumentum aggrediantur disputantes (coll. Basil. Magn. ep. CLXVII. Tom. III. p. 187. C.), ut continua ora-

tione unius, qui principatum quendam teneat, res absolvatur (secundum Cicer. Tuscul. I, 10, 21.), et ut in utramque partem de singulis rebus dicendi exercitatio instituatur (secundum Cicer. de Fin. V, 4, 10.). At primum, quod ipse vidit V. D., in hoc libro non a pluribus, sed a duobus tantum sermo instituitur, deinde non unus, sed duo, quanquam vicissim, principatu dicendi funguntur, non denique philosophica quadam ratione disputatio conseritur et conficitur, sed potius familiaris cuiusdam sermonis colorem habet. Quare dialogi Aristotelici appellatio huic libello parum apta esse videtur, praesertim quum Aristotelis docendi aut disserendi rationem Xenophon novisse non potuerit.

Pauca iam restant addenda de libris Hieronis et scriptis et editis. Parisienses codices, qui Hieronem contineant, Gailius enumerat sex:

A, le ms. du Vatican coté 1950, idem quo continetur Agesilaus, signatus illic B.

B, le ms. 1643, qui complectitur etiam Oeconomicum, sign. A.

C, le ms. 1642, de quo vide quae narravi in Praefat. ad Agesilaum.

D, le ms. 2077.

E, le ms. 2955, in quo inest etiam Oeconomicus, signatus illic B.

Y, le ms. d'un savant, de quo vide Praefat. ad Agesilaum.

Plenam lectionum varietatem Gailius ex codicibus A. et B. dedit, eamque diligenter ego perscrutatus sum, exscribens quaecunque alicui usui esse possent. Ubi tacentem videbam Gallum, in hoc quoque libro lectionem Zeunii, ad cuius editionem suos codices comparavit, invenisse pro certo sumpsi. Ubicunque autem incertus eram, quomodo accipiendum esset Gailii silentium, hoc indicavi verbis „ut videtur." Ex libris C. et D. ne unam quidem lectionem attulit Gailius; codicis E. semel tantum mentionem fecit ad I, 31., ubi corruptam praebet scripturam. Ceteras lectiones, quas ex codice E., et omnes,

quas ex C. et D. in medium profero, rogante mecum liberalissime communicavit Gustavus Sauppius. Y. denique bis commemoratur, ad I, 11. et I, 17. Priore loco, Ce ms., inquit Gailius, offre des variantes, qui diffèrent des nôtres, et par consequent représentent un ms. qui nous manque. Sed quas affert his locis lectiones non tales sunt, ut damnum huius libri magnopere conqueramur.

De libro Lipsiensi (sign. L.) vide quae dixi in Praefat. ad Oeconomicum p. VI. Eadem, quam illic laudavi, eximia Gustavi Sauppii liberalitate factum est, ut in hoc quoque libro lectiones optimi codicis accuratissime exhiberem. Accedunt variae lectiones Stobaei, Victorii et Villoisonii, de quarum fide et pretio quid iudicem, e praefationibus ad Oeconomicum et Agesilaum repetere nunc nolo.

Ex editionibus comparavi Aldinam (a. 1525), unam Basileensem (a. 1555), cui subiuncta est Erasmi interpretatio Latina, Stephanianam primam (a. 1561), Leunclavianam curatam a Sylburgo (a. 1594) et inde a Welsio quae secutae sunt omnes. Ex recentioribus maximo mihi fructui erant Frotscheri et Sauppii editiones. Ex commentationibus utilissimae sunt Bremii adnotationes ad Hieronem (in Symbol. Philoll. Helvett. Vol. I. p. 167 sqq.), Th. E. Richter: de locis quibusdam Hieronis Xenophontei (Programm. Liegnitz 1837), et N. I. B. Kappeyne van de Coppello: observationes in Xenophontis dialogum Hieronem (dissertatio inauguralis, Lugdun. Batav. 1841).

De ratione, qua arte critica functus sim, non est quod multa verba faciam, quum eam viam, quam in Oeconomico et Agesilao inii, in hoc libro non deseruerim. Codicum scripturas retinui aut revocavi ubicunque aliquo modo defendi possent. Stobaeo et Reuchlino, ubi recederent a libris scriptis, non obsecutus sum, nisi necessitate quadam coactus, sive grammatica ratio, sive sensus codicum lectiones respuebat. Aliquoties tamen, quominus in verborum contextum aut antiquam lectionem reponerem (velut XI, 7. *εὐ ἐόῃ νικῶν*), aut novam reciperem

(velut II, 1. καὶ δόμων), Frotscheri, Dindorfii et Sauppii auctoritas me prohibuit. De interpretationis genere Hieroni adhibito, quoniam non discedit ab eo, quod usitatum est in hac scriptorum Graecorum bibliotheca, addendum nihil habeo. Monitos modo velim lectores, paragraphorum numeros, qui uncis inclusi Kühneri nomen subsequuntur, spectare ad grammaticam illius viri in scholarum usum editam.

Vitebergae d. XXVIII. m. Mai. MDCCCXLIV.

XENOPHONTIS

H I E R O.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΙΕΡΩΝ Η ΤΥΡΑΝΝΙΚΟΣ.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

Simonides Hieronem aggressus quaerit ex eo, quid sit discriminis inter vitam tyranni et privati hominis in percipiendis voluptatibus et in ferendis molestiis. Postquam deinde, postulante Hierone, Simonides fontes, unde voluptates suas privati hauriant, indicavit — corporis et animi sensus —, ille negat tyrannis alia parari oblectamenta. Quum autem contendisset Simonides tyrannorum voluptates esse certe magis varias atque plures, quam privatorum, malorum autem multo magis illos esse expertes, hanc opinionem Hiero confutare coepit. Ac primum quidem in iis, quae cernantur oculis, deteriore conditione tyrannos esse docet; hos enim minus interesse posse spectaculis rebusque oculos pascentibus: nec magis aurium suavi sensu delectari; nam laudem, qua vel maxime mulceantur aures hominum, tyrannis tribui suspectam: cibos etiam potusque quamvis exquisitos parum suavitatis praebere, quum copia eorum creberque usus afferat fastidium: ex pretiosis illis et variis odoribus, quibus unguantur tyranni, alios cum his versantes plus voluptatis capere. Transitur hinc ad rem amatoriam, in qua et ipsa tyrannos longe inferiores privatis esse demonstratur. Nam uxorem ducere ex genere haud impari non facile illi licere; puerorum autem amorem, quo frui velit, plerumque non verum esse, sed simulatum ac saepe insidiosum.

Ξενοφῶντος] Ald. Iunt. Bas. II. addunt *ῥήτορος*. — Verba *ἢ Τυραννικός*, quae om. Frotscherus, tuentur Diogenes et omnes libri scrr. et edd. Cf. similes inscriptiones *Οἰκονομικός*, *Ἱππαρχικός*, *Κυνηγετικός*, scil. *λόγος*.

1 Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἀφίκετό ποτε πρὸς Ἱέρωνα τὸν
τύραννον. σχολῆς δὲ γενομένης ἀμφοῖν, εἶπεν ὁ Σιμω-
νίδης, Ἆρ᾽ ἄν μοι ἐθελήσαις, ὦ Ἱέρων, διηγήσασθαι ἃ
εἰκὸς εἰδέναι σε βέλτιον ἐμοῦ; Καὶ ποῖα ταῦτ᾽ ἐστίν,
ἔφη ὁ Ἱέρων, ὁποῖα δὴ ἐγὼ βέλτιον ἂν εἰδείην σοῦ οὕ-
2 τως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός; Οἶδά σε, ἔφη, ἐγὼ καὶ ἰδιώ-
την γεγενημένον καὶ νῦν τύραννον ὄντα· εἰκὸς οὖν ἀμ-
φοτέρων πεπειραμένον καὶ εἰδέναι σε μᾶλλον ἐμοῦ, πῇ
διαφέρει ὁ τυραννικός τε καὶ ὁ ἰδιωτικὸς βίος εἰς εὐφρο-

Cap. I. §. 1. Weisk. ἆρ᾽ ἄν μοι ἐθέλησας. — L. a pr. m. ποῖα pro ὁποῖα. — δὴ aute ἐγὼ om. Stob. Flor. Serm. 48. p. 346. ed. Bas.

§. 2. B. ποι διαφέρει. — L. ἰδιωτικὸς sine articulo. — A. om. τε post τυραννικός. — Stob. ἀνθρώπων.

Cap. I. §. 1. Ἆρ᾽ ἄν μοι ἐθελήσαις] Lene quoddam imperandi genus. Item Symp. VII, 1: Ἆρα — νῦν ἂν μάλιστα καὶ ἅμα ᾄσαιμεν; Paullum differt optativus cum ἄν sine ioterrogatione positus Anab. III, 2, 37: λέγοις ἂν ἃ δεῖ λέγειν. Plat. Parmeo. p. 126. A: λέγοις ἄν, ἔφη, τὴν δέησιν, ubi v. Heindorf. Rost. §. 119, 4. b. Eiusd. gr. in os. schol. §. 168, 4. bb. Strenoum aotem praeceptum, praeterquam imperativo, futuro significator. Rost. §. 125, 6. not. 2. Eiusd. gr. in us. schol. §. 151, 8.

ὁποῖα δὴ] quae *quidem* mihi quam tibi notiora esse possint.

οὕτως ὄντος σοφοῦ] Adverbia οὕτως, μᾶλλον, πάνυ et similia saepe, ut vis eorum aogeator, ab adiectivo vel verbo suo dirimuntur. Symp. IV, 40: οὐδὲν οὕτως ὁρῶ φαῦλον ἔργον. Oecon. XVIII, 2. et II, 8., ubi v. adnot.

§. 2. εἰς εὐφροσύνας] quod ottinet ad volnptates. Oecoo. XVIII, 1.

ἀνθρώποις] Referendum ad διαφέρει, vel potios ad totam enuntiationem. Bottmannos §. 133. not. 3. Herod. I, 31: ἐπὶ τῆς ἁμάξης δέ σφι ὀχέετο ἡ μήτηρ minus recte ioterpretatur: *ihnen — anstatt — ihre Mutter safs auf dem Wagen.* Nam σφι pertinet ad verbum, i. e. ad totam sententiam, αὐτῶν si scriptom esset, non nisi ad ἡ μήτηρ referretur; utrumque inter se aliqoid differt. Rost. §. 105. 2. 2). p. 512. ed. VI. Eiusd. gr. io ns. schol. §. 161, 5. Kühner. §. 581.

§. 3. Τί οὖν — οὐχὶ καὶ σὺ — ὑπέμνησάς με] qoin igitur tu quoque mihi in mentem revocas? i. e. age igitor iam revoca mihi in mentem. In talibus interrogationibus, quae imperativi vim habent, pro praesenti tempore pooi solet aoristus, qoo significetur postolatum illud iam peractum velle interrogaotem. Cyrop. II, 1, 4: Τί οὖν — οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰ οἶσθα, πόσα τις ἡ προσιοῦσα; Alia exempla, qoae frequentissima sunt imprimis apud Xeuophontem et Platonem, cumulaveront Bornem. Cyrop. l. l. Saupp. Comment. III, 11, 15. Heindorf. Plat. Charm. p. 154. E. Stollbaom. Phileb. p. 54. C: Τί οὖν

σύνας τε καὶ λύπας ἀνθρώποις. Τί οὖν, ἔφη ὁ Ἱέρων, 3
οὐχὶ καὶ σύ, ἐπεὶ νῦν γε ἔτι ἰδιώτης εἶ, ὑπέμνησάς με
τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ; οὕτως γὰρ ἂν σοι οἶμαι μάλιστα
ἐγὼ δύνασθαι δηλοῦν τὰ διαφέροντα ἐν ἑκατέρῳ. Οὕτω 4
δὴ ὁ Σιμωνίδης εἶπε, Τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας ἔγωγε, ὦ Ἱέρων, δοκῶ μοι καταμεμαθηκέναι διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ὁράμασιν ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους, διὰ δὲ τῶν ὤτων ἀκούσμασι, διὰ δὲ τῶν ῥινῶν ὀσμαῖς, διὰ δὲ τοῦ στόματος σίτοις τε καὶ ποτοῖς, τὰ δὲ ἀφροδίσια δι' ὧν

§. 3. L. ἔτι suprascr. β, ἰδιώτης suprascr. α. — Stob. ὑπομνήσειας, probatum Stephano, receptum a Welsio, Bachio, Zeunio. — οὕτως pro οὕτω cum L. A. B. Frotsch. et Saupp. scripserunt.

§. 4. L. τὰ δ' ἀφροδίσια.

οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ, ὦ Σώκρατες; Eandem paene, sed minus vividam exhortatinuem exprimit praesens: Xen. Comment. III, 1, 10: Τί οὖν οὐ σκοποῦμεν —; Hellen. IV, 1, 11: Τί οὖν οὐ πυνθάνῃ —; Saepius vern in his interrogationibus per negationem prolatis utuntur futuro. Symp. III, 12: οὔκουν καὶ σὺ λέξεις; Plat. Symp. p. 172. A: οὐ περιμενεῖς; ita tamen, ut, ubi quid vetatur, addant μή: οὐ μὴ λαλήσεις; *du willst doch nicht schwatzen!* Cf. Rost. gr. in us. schol. §. 168, 4. b. Eadem ratione Latini quin et quin igitur iungunt cum praesente. Sallust. Catil. 20: Quin igitur expergiscimini? Terent. Phorm. II, 3, 82: Quin, quod est ferendum, fers?

τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ] Intellige εὐφροσύνας τε καὶ λύπας.

οὕτως] Haec forma, quae habenda est prn primaria, retinebatur, etiam cnnsona sequente, ubi mainr vis in vocahuln reposita esset. V. adn. Oecon. 1, 9. Est enim adverbii οὕτως vis h. l. conditionalis, et haec quidem: si hoc feceris. Comment. I, 2, 59: Σωκράτης δ' οὐ ταῦτ' ἔλεγε, καὶ γὰρ ἑαυτὸν οὕτω (i. e. εἰ ταῦτ' ἔλεγε) γ' ἂν ᾤετο δεῖν παίεσθαι. Plenam huius generis constructionem habes e. c. Cyrop. VIII, 1, 3: Εἰ τοίνυν μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται —, οὕτως εὖ ἴστε, ὅτι —, ubi v. Bornem. Vide etiam quae dixi ad Oecon. XXI, 7. — ἄν, quod pertinet ad δύνασθαι, non sine cnnsilio subiungitur vnculis οὕτως γάρ. Sic enim facilius cognnscas conditionalem esse nexum inter οὕτως et infinitivos δύνασθαι δηλοῦν. Idem dicendum est de laudato Cnmmentariorum loco.

§. 4. τὰ δὲ ἀφροδίσια] Accusativum ad sequens κρίνοντες referre, qund fecit Zeunius, vetat sententiarum ratio. Res venereae enim non inter ea recensentur, quae toto corpore percipiuntur. Ut saepe fit, ex notione speciali, quae antecessit (h. l. ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους), intelligenda est notio generalis (h. l. αἰσθάνεσθαι). Ab hac pendet accusativus. Cf. adn. Oecon. 1, 23. Matth. §. 634, 3. Ut vero derelinqueret auctor priorem structuram, ipsa res, quam narrat, causa fuit.

δι' ὧν] διὰ τούτων, ἅ.

5 δὴ πάντες ἐπιστάμεθα· τὰ δὲ ψύχη καὶ θάλπη καὶ σκληρὰ καὶ μαλακὰ καὶ κοῦφα καὶ βαρέα ὅλῳ τῷ σώματί μοι δοκοῦμεν, ἔφη, κρίνοντες ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς· ἀγαθοῖς δὲ καὶ κακοῖς ἔστι μὲν ὅτε δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς μοι δοκοῦμεν ἥδεσθαι, ὁτὲ δ' αὖ λυπεῖσθαι, ἔστι δ' ὅτε καὶ κοινῇ διά τε τῆς ψυχῆς καὶ διὰ τοῦ σώματος.
6 τῷ δὲ ὕπνῳ ὅτι μὲν ἡδόμεθα, δοκῶ μοι αἰσθάνεσθαι, ὅπως δὲ, καὶ ᾧτινι, καὶ ὁπότε, ταῦτα μᾶλλόν πως, ἔφη, δοκῶ μοι ἀγνοεῖν. καὶ οὐδὲν ἴσως τοῦτο θαυμαστόν, εἰ

§. 5. Stob. καὶ σκληρὰ καὶ στρυφνὰ καὶ μαλθακὰ καὶ βαρέα καὶ κοῦφα, postea ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς, denique δοκοῦμεν ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι (idem vertit Aretinus). — κοινῇ διὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, qui locus exemplo esse potest, quo arbitrio Stobaeus verba memoriter allata vel mutaverit vel transposuerit. Tamen cum Schaefero Frotscher. Dind. et Hanov. receperunt δοκοῦμεν ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι; deinde cum Reuchlino Frotsch. Dind. κοινῇ διά τε τῆς; Hanov. κοινῇ καὶ διὰ τῆς; Richter. p. 6. καὶ κοινῇ διὰ τῆς, quod maluit etiam Haas. Rep. Lac. p. 252.; B, D. praebent καὶ κοινῇ· καὶ διά τε τῆς, unde dedi καὶ κοινῇ διά τε τῆς pro vulg. κοινῇ καὶ διά τε τῆς; C. om. τῆς.
§. 6. A. L. τῷ δ' ὕπνῳ. — Stob. om. μοι. — A. et edd.

§. 5. ὅλῳ τῷ σώματι] Tactus toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios et frigoris et caloris appulsus sentire possemus. Cicer. de N. D. II, 56.

δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς] solo animo. Oecon. VII, 3. XVII, 15. infra VIII, 6.

ὁτὲ δ' αὖ λυπεῖσθαι] Frotschero „absurdissimum videtur, nos nonnunquam (ἔστι μὲν ὅτε) delectari bonis et malis, interdum (ὁτὲ δ' αὖ) dolore affici bonis et malis". Et sane, si ut Frotscherus haec verba accipimus, absurdam quandam prodire sententiam, negari nequit. Sed non necessarium est utrumque verbum ἥδεσθαι et λυπεῖσθαι ad utramque notionem bonorum malorumque referre. Fac scriptum esse: δοκοῦμεν ὁτὲ μὲν ἥδεσθαι, ὁτὲ δ' αὖ λυπεῖσθαι; quis non ὁτὲ μέν accepisset pro ὁπόταν ἀγαθῶν αἰσθώμεθα, ὁτὲ δ' αὖ pro ὁπόταν κακὰ πάθωμεν? Iam vero quod omissum est ὁτὲ μέν ad verbum ἥδεσθαι, quanquam offensionis aliquid habet, tamen ita excusandum videtur, ut ἀγαθῶν notionem scriptoris animo magis obversatam esse dicamus quam κακῶν. Ceterum huic loco non absimilia sunt quae legimus in libro de Venat. IX, 8: καὶ ἀποχωροῦσιν, ὅταν διώκωνται, ἐν μέσαις, ὁτὲ δὲ πρόσθεν, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν ὀλιγάκις, quae ab ὁτὲ μὲν ἐν μέσαις, ὁτὲ δὲ πρόσθεν, quod Stephanus scribi maluit, vix differunt. Cf. etiam ibid. §. 20. V, 8. 20.

κοινῇ καὶ] καί est explicativum.

§. 6. ὅπως] De modo, quo somnus oriatur, veterum sententiae erant inter se discrepantes. Alcmaeon quidem putabat fieri somnum sanguinis recessu in venas; Empedocles caloris refrigeratione modica; Aristoteles vaporibus ex thorace caput peten-

τὰ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι σαφεστέρας ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις
παρέχεται ἢ τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ: Πρὸς ταῦτα δὴ ὁ Ἱέρων 7
ἀπεκρίνατο, Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, ἔξω
τούτων ὧν εἴρηκας σύ γε οὐδ' ὅπως ἂν αἴσθοιτό τινος
ἄλλου ὁ τύραννος, ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν, ὥστε μέχρι γε τού-
του οὐκ οἶδ', εἴ τινι διαφέρει ὁ τυραννικὸς βίος τοῦ ἰδιω-
τικοῦ βίου. Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν, Ἀλλ' ἐν τοῖσδε, 8
ἔφη, διαφέρει· πολλαπλάσια μὲν δι' ἑκάστου τούτων
εὐφραίνεται, πολὺ δὲ μείω τὰ λυπηρὰ ἔχει. Καὶ ὁ Ἱέ-

vett., exceptis Cast. et Bas. II., *μοι ὅτι αἰσθάνεσθαι*. — L. *μᾶλλον πῶς*. — Stob. *οὐδὲν δὴ ἴσως*. — In A. *ἐν τῷ* post *εἰ* litura sublata sunt: malnit fortasse librarius *εἰ τὸ ἐγρηγορέναι*.

§. 7. L. B. *ἀπεκρίνετο*. — *ἂν* post *ὅπως* ex Stnb. adscivit iam Steph. II. — Stob. Schneid. Saupp. *μέχρι γε τούτων*. — Stob. Ald. *οἶδα ὅτι*; marg. Steph. Vill. *οἶδ' εἴ τι*; L. *εἴ* e corr. — Stob. om. *βίος*.

§. 8. Stob. *ἐν μὲν τοῖσδε*; marg. B. *ἐν οἷς γε*. — Cod. Stob. delet *ἔφη*. V. adn. §. 7. — Stob. Zeuu. Schneid. Frotsch. Hanov. *διαφέροι ἄν, εἰ πολλ.*; edd. veternm lectionem coufirmant L. B. C. D. E. — Bruuck. Aristoph. Plut. v. 1037. corrigit *εὐφραίνοιτο* — *ἔχοι*.

tibns et calore cordis se remittente. ZEUNIUS.

καὶ ᾧτινι, καὶ ὁπότε] corpore, su animo, an utroque, et quaudo, i. e. obdormiscentes an dormientes.

μᾶλλόν πως] scil. *ἢ ὅτι ἡδόμεθα τῷ ὕπνῳ*. Zennius intelligit *ἢ ἄλλο ὁτιοῦν*, Frotscherus *ἢ γιγνώσκειν*, quasi nulla ratio intercederet his verbis cum antecedentibus *τῷ δὲ ὕπνῳ ὅτι μὲν ἡδόμεθα, δοκῶ μοι αἰσθάνεσθαι*. Bernhardy Synt. p. 433. *μᾶλλον* interpretatur: *mehr als billig*, coll. Aristoph. Vesp. 1306.

καὶ οὐδὲν] neque vero.

θαυμαστόν, εἰ] i. q. *ὅτι*. Rost. §. 121. not. 5. Kühner. §. 771, 7. Sunt tamen, quibus praeferendnm videatur, *τοῦτο* relato ad autecedentia, *εἰ* accipere pro *εἴ γε*, signidem.

τὰ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι] quae vigilautibus nobis accidunt. Rost. §. 98, 5. b. β.

§. 7. *Ἐγὼ μὲν*] subaudi: de aliis vero nihil statuerim. Sic Symp. II, 20: *Ὦ Σώκρατες, ἐμὲ μὲν παρακάλει*, nbi intelligas *ἄλλον δὲ μή*. Cf. adn. Oecon. IV, 17. Infra VII, 4.

ἀπεκρίνατο — ἔφη] De abundanter illatis *ἔφη, εἶπε, φάναι, λέγει* v. adn. Oecon. VIII, 2. et quae statim sequnntur in §. 8. Infra VII, 1.

σύ γε] tu certe, tu quidem. Nam alii fortasse alias privatorum hominum afferent voluptates.

οὐκ οἶδ', εἰ] Contrariam habes seuteutiam, si verteris: haud scio au.

§. 8. *διαφέρει· πολλαπλάσια*] Modestiorem saue Simouidis orationem reddit Stobaei lectio. Noli tamen, uno Stobaeo anctore, mutare quae per se nihil habent, qnod reprehendatur. — Schueiderus male desiderat *γάρ*; soleut euim eae sententiae, quae explicationis causa subijciuntur, *ἀσυνδέτως* in-

ρων εἶπεν, Οὐχ οὕτως ἔχει, ὦ Σιμωνίδη, ταῦτα, ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι μείω πολὺ εὐφραίνονται οἱ τύραννοι τῶν μετρίως διαγόντων ἰδιωτῶν, πολὺ δὲ πλείω καὶ μείζω
9 λυποῦνται. Ἄπιστα λέγεις, ἔφη ὁ Σιμωνίδης· εἰ γὰρ

A. B. cod. Stob. εὖ ἴσθ' ὅτι. — L. A. B. Reuchl. ὅτι μείω πολὺ, quod pro vulg. ὅτι πολὺ μείω cum Frotschero dederunt Dind. Saupp. — Stob. ed. Tur. ὑπηρετῶν pro ἰδιωτῶν.

ferri. Herbst. Symp. VIII, 5: ἀεὶ τοιαῦτα ποιεῖς· τοτὲ μὲν τὸ δαιμόνιον προφασιζόμενος οὐ διαλέγῃ μοι, τοτὲ δ' ἄλλου του ἐφιέμενος. Krüger. Anab. I, 9, 29. Saupp. Venat. V, 31. Kühner. §. 754. not. 1. §. 760. c. (§. 325.).

ὅτι μείω πολὺ] V. adnot. I, 1. Etiam apud Latinos multo, paullo et similia adverbia sedem suam vario modo mutare monet Frotscherus. „Sic," ait, „Cicero de Orat. II, 42, 178: Plura enim multo homines iudicant odio quam veritate. Id. ibid. 46, 192: Sed alia sunt maiora multo. Quemadmodum autem Cicero Cat. Mai. II, 6. ante multo, sic Caesar de B. G. I, 20. Sallust. Catil. 18. post paullo transposuerunt."

τῶν μετρίως διαγόντων] Brodaeus explicat per μετρίως διαιτωμένων, quod est §. 19. Sed h. l. de mediocri vitae conditione sermo est, infra non nisi de victus mediocritate.

§. 9. εἰ — ἔχει] Ponit veram esse Hieronis sententiam, quod, ut vidit Frotscherus, propterea facit, quod illam Hiero nondum explicavit. Neque a grammatica ratione habet praesentis indicativus, quod in suspicionem vocetur. De eodem, ubi optativus cum ἄν sequatur, recte posito nemo iam dubitat. V. adn. Oecon. VII, 39. Saupp. R. Equ. VI, 11. Stallbaum. Plat. Gorg. p. 452. B. Rost. §. 121. 10. A. Eiusd. gr. in us. schol. §. 181, 8. a. Matth. §. 524. not. 2. 1. Kühner. §. 816, 3. (§. 339, 3. a.). Sequente igitur imperfecto aut aoristo cum ἄν, cur minus recte se habeat εἰ cum indicativo praesentis, si quidem utrumque orationis genus id commune habet, quod apodosis aliquid significat, quod non in re, sed in cogitatione tantum positum sit? Apte huc refert Frotscherus Plat. Phaedon. p. 70. C: καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ ἐκεῖ; οὐ γὰρ ἄν που πάλιν ἐγίγνοντο μὴ οὖσαι, ubi ipsa sententia vix mutaretur, si pro εἶεν scriptum esset ἦσαν. Adde Plat. Gorg. l. l.: Θαυμάζοιμι γ' ἄν —, εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὐτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς. Hic, ut patet, quo modestior paullo fieret Gorgiae oratio, θαυμάζοιμι γ' ἄν dictum est pro ἐθαύμαζόν γ' ἄν. Atque inveniuntur quidam loci, quibus praesentis indicativum, qui cum εἰ coniunctus est, sequitur praeteriti temporis indicativus cum particula ἄν. Kühner. §. 817. c. praeter alia exempla affert Demosth. l. c. Aphob. p. 833, 63: εἰ γὰρ ἐκεῖνα ἀνήλωται ὀρθῶς, οὐδὲν ἂν τῶν νῦν παραδοθέντων ἐξήρκεσεν εἰς ἕκτον ἔτος.

καὶ ταῦτα] et quidem.

τῶν δοκούντων ἱκανωτάτων ἀνδρῶν εἶναι] Infra III, 8: ὑπὸ ἑταίρων γε τῶν μάλιστα δοκούντων φίλων εἶναι. Oecon. VI, 13: θεάσασθαι τὰ δεδοκιμασμένα καλὰ ἔργα αὐτοῖς εἶναι. De genitivis ἱκανω-

οὕτω ταῦτ' ἔχει, πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν, καὶ ταῦτα τῶν δοκούντων ἱκανωτάτων ἀνδρῶν εἶναι; πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους; Ὅτι ναὶ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Ἱέρων, ἄπειροι ὄντες ἀμφοτέρων

§. 9. A. οὕτως. — Weisk. Schneid. Dind. cnm Stnbaeo εἶχε prn ἔχει. — A. B. Renchl. πάντας.
§. 10. Vill. Δία, ἔφη.

τάτων ἀνδρῶν v. Matth. §. 536. Buttm. §. 142, 2. Rnst. §. 127. Eiusd. gr. in us. schnl. §. 184, 9. Kühner. §. 555. (§. 307, 2.). — ἱκανώτατοι nppositi snnt τοῖς μετρίως διάγνυσι, sunt ergo: homines divites ac pntentes. Cf. R. Equ. II, 1: τάττονται μὲν γὰρ δὴ ἐν ταῖς πόλεσιν ἱππεύειν οἱ τοῖς χρήμασί τε ἱκανώτατοι καὶ τῆς πόλεως οὐκ ἐλάχιστον μετέχοντες.

πῶς δὲ πάντες] Antecessit πῶς ἂν πολλοὶ μέν. — Exspectaveris igitur: πάντες δὲ πῶς ἂν ἐζήλουν, sive πάντες δὲ πῶς ἐζήλουν ἄν. Sed vide Anab. I, 3, 8: ὁ δ' ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρα δὲ τῶν στρατιωτῶν πέμπων αὐτῷ ἄγγελον ἔλεγε θαῤῥεῖν prn πέμπων δὲ κτλ. III, 4, 2: ἔπαθε μὲν οὐδέν, πολλὰ δὲ κακὰ ἐνόμισε ποιῆσαι, in quibus verbis equidem neque inconcinnitatem neque anacnlnthiam quandam (v. Krüger. in Iud. nd Anab. v. μέν) cngnosco. V. etiam Cnmment. I, 6, 11. ibique Kühnerum, et eundem in gramm. §. 733, 1. Variationem amat Graecnrum ingenium etiam in collocandis his particulis. Bene tamen distingnendus est hic lncns a III, 8., ubi a legitima δὲ particulae collocatione discedendi necessitas quaedam accedit. Utrumque genus cnnfudit Sauppius. — Si vern qnis cnm libris scriptis praeferat πάντας (quanqnam hnc sententiam praebet minus aptam), ei μὲν pnst πολλοὶ ea ratione explicandum est, quam indicavimus adn. §. 7. Ἐγὼ μέν.

§. 10. ἀμφοτέρων τῶν ἔργων] Cum Bremio Frotscherus et Sauppius statnnnt primarinm genitivum esse τῶν ἔργων, a quo pendeat alter ἀμφοτέρων. Nam „si volnisset," aiunt, „scriptor ἀμφότερα τὰ ἔργα unam esse nntionem, simpliciter scripturus fuisset ἀμφότερα." Sed cur hnc necessarium fuerit, equidem non assequor. Si summa lex Graecae non minus quam alins cniusque linguae est perspicuitas, persuasum baben Xenophnntem, si exprimere voluisset id quod Bremins expressum putat, scripturnm fuisse τῶν ἔργων ἀμφοτέρων aut τῶν ἔργων ἑκατέρnυ ant simile quid. Perspicnitatis legi nnn repugnant certe omnes loci, quns ad probandam sententiam snam afferunt Viri illi doctissimi: Anab. V, 5, 18: βίᾳ nὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων. Hellen. II, 2, 9: ὅσοι τῶν αὑτῶν ἐστέροντο. Anab. VII, 2, 17: παραλαβὼν Πnλυκράτην τὸν Ἀθηναῖον, λοχαγόν, καὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν ἑκάστου ἄνδρα, ᾧ ἕκαστος ἐπίστευε. Anab. II, 5, 38: Κύρου ἦσαν τοῦ ἐκείνου δούλου. Adde Hellen. VI, 1, 15. τῶν ἐκείνων nχυρῶν. VII, 1, 13. τῶν ἐκείνων δnύλων. Cyrnp. VI, 1, 15. τῶν μὲν ἐκείνων nχυρῶν. VII, 4, 13: τῶν ἑαυτῶν κλέψονται. Thncyd. I, 53. ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίων. Vide etiam quae duplicis eiusmodi genitivi exempla Heindorfius affert ad Plat. Cratyl. p. 400. D. τῶν θεῶν τῶν ὀνομάτων. Lobeck. Snph. Ai. 726. Dnri saepe aliquid habere

τῶν ἔργων σκοποῦνται περὶ αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ πειράσομαί
σε διδάσκειν, ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως·
ἐντεῦθεν γὰρ καὶ σὲ δοκῶ μεμνῆσθαι ἀρξάμενον λέγειν.
11 πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς διὰ τῆς ὄψεως θεάμασι λογιζό-
μενος εὑρίσκω μειονεκτοῦντας τοὺς τυράννους. ἄλλα
μέν γε ἐν ἄλλῃ χώρᾳ ἐστὶν ἀξιοθέατα· ἐπὶ δὲ τούτων
ἕκαστα οἱ μὲν ἰδιῶται ἔρχονται καὶ εἰς πόλεις, ἃς ἂν
βούλωνται θεαμάτων ἕνεκα, καὶ εἰς τὰς κοινὰς πανηγύ-
ρεις, ἔνθα τὰ ἀξιοθεατότατα δοκεῖ εἶναι ἀνθρώποις συνα-
12 γείρεσθαι. οἱ δὲ τύραννοι οὐ μάλα ἀμφὶ θεωρίας ἔχου-

Stob. ὡς ἀληθῆ. — L. δοκῶ καὶ σὲ.

§. 11. θεάμασι et paullo post (cum Schneidero) θεαμάτων ἕνεκα eiicienda censet Coppello p. 27. — Stob. εὑρίσκω λογιζόμενος. — Aretin. et Erasm. vertunt Ἀλλὰ μὲν γὰρ, quod habet marg. B. — L. B. ἃς βούλονται; A. ὡς ἂν βούλωνται. — L. A. et ed. Iunt. Bas. II. ἀξιοθεώτατα; ἀξιοθεατώτατα B. Weisk. Schneid.; Y. Vill. ἀξιοθεάτατα; Steph. Leoncl. Bach. Wels. ἀξιοθέατα; cod. Stob. Zeun. ἀξιώτατα; ἀξιοθεατότατα dant Frotsch. Dind. Saupp. — Leoncl. coni. ἔνθα, ἃ ἀξιοθ. — συναγείρεται, quam coniecturam receperunt Bach. et Wels.; Weisk. maluit: ἔνθα

tales genitivos confitendum est, duritiae autem orationis admisisse Graecos etiam obscuritatem nego. ἀμφοτέρων τῶν ἔργων ex eadem lege dictum est, qua Oecon. VIII, 14. dicitur ἑκάστην τὴν χώραν pro ἑκάστου τὴν χώραν. V. Bernhardy gr. Gr. p. 319. Verte igitur: utriusque conditionis, quod hanc vim habet: utriusque (et tyranni et privati hominis) conditionis. Sic autem Frotscherus recte interpretatus est vocabulum ἔργον. Hoc enim non solum hoc vel illud negotium, sed conditionem et munus, cui se quis dedidit (*Lebensberuf*), significat. Iam Homerus Od. V, 67. habet θαλάσσια ἔργα. Apud Xenophontem vide haec: πολεμικὰ ἔργα Oecon. IV, 5., στρατηγικὰ ἔργα Cyrop. I, 6, 13, τῆς οἰκονομίας ἔργον Oecon. I, 2., ἰατρικὸν ἔργον λαβεῖν (munus medici publici accipere) Comment. IV, 2, 5., ἔργα τοῦ μαστροποῦ Symp. IV, 56. et ἔργον τοῦ μαστροποῦ (lenonis munus) ibidem 57.

περὶ αὐτοῦ] περὶ τοῦ τυραννεῖν.

§. 11. ἄλλα μέν γε] γε ad ἄλλα confirmationis causa referatur, particulae μέν autem respondet sequens δέ. Symp. I, 9: Οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσχηματίζοντό πως. VI, 7: ἄνωθεν μέν γε ὕοντες ὠφελοῦσιν, ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν. Quare ne desideres μὲν γάρ. Infra VIII, 9. Vide etiam, quae docet Hermannus ad Viger. p. 827.

εἰς πόλεις, ἃς] pro εἰς ἅς. V. adn. Oecon. X, 10: εἰ κατὰ χώραν ἔχει, ἣν δεῖ ἕκαστα. Cf. Rost. gr. in us. schol. §. 163, 8.

θεαμάτων ἕνεκα] Haec verba, ut plane abundantia, ego quoque abesse malim. A librario profecta esse opinor, qui, quum in secundo membro dici videret, propter τὰ ἀξιοθεατότατα frequentari certamina publica, etiam primo loco, quo

σιν. οὔτε γὰρ ἰέναι αὐτοῖς ἀσφαλὲς ὅπου μὴ κρείσσονες τῶν παρόντων μέλλουσιν ἔσεσθαι, οὔτε τὰ οἴκοι κέκτηνται ἐχυρά, ὥςτε ἄλλοις παρακαταθεμένους ἀποδημεῖν. φοβερὸν γάρ, μὴ ἅμα στερηθῶσι τῆς ἀρχῆς καὶ ἀδύνατοι γένωνται τιμωρήσασθαι τοὺς ἀδικήσαντας. εἴποις 13
οὖν ἂν ἴσως σύ, ἀλλ' ἄρα ἔρχεται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ οἴκοι μένουσι. ναὶ μὰ Δία, ὦ Σιμωνίδη, ὀλίγα τε τῶν πολλῶν, καὶ ταῦτα τοιαῦτα ὄντα οὕτω τίμια πωλεῖται τοῖς τυράννοις, ὥςτε οἱ ἐπιδεικνύμενοι καὶ ὁτιοῦν ἀξιοῦσι πολλαπλάσια λαβόντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπιέναι πα-

τὰ ἀξιοθεατώτατα τὰ ἐν ἀνθρώποις δοκεῖ συναγείρεσθαι, quae maxime placuerunt Schneidero; Saupp. in Iahni Annal. Lips. 1836. p. 388. scribendum iubet δοκεῖ ἐν ἀνθρώποις συναγείρεσθαι, in editione huius libri cum Reuchlino om. εἶναι, quod verbum Dind. uncis inclusit.

§. 12. κρείσσονες pro vulg. κρείττονες dedi cum L. (qui habet κρεῖσσον) A. B. Reuchl. Frotsch. — τε post ἅμα vulgatum omisi cum L. A. B. cod. Stob. Iunt. Bas. II. — Cod. Stob. pro ἔχουσι dat κέκτηνται.

§. 13. Vill. μὰ Δί', ὦ. — L. ὥςτε καὶ ἐπιδεικνύμενοι.

consilio urbes adirentur, concinnitatis causa adiiciendum putabat. Ita temere inseruit θεαμάτων ἕνεκα, neglectis verbis ἐπὶ τούτων ἕκαστα, quae referenda sunt ad praecedens ἀξιοθέατα.

συναγείρεσθαι] Frotscherus explicat ὥςτε συναγείρεσθαι αὐτούς. Recte quidem; modo addidisset notionem ἀξιώτατα, quae inest in vocabulo ἀξιοθεατότατα, ita praevaluisse in mente auctoris, ut subiungeret infinitivum συναγείρεσθαι. Vertas igitur: ubi esse videntur hominibus res visu maxime dignae (et dignae quidem), quae illos in unum locum congregent.

§. 12. ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν] Vide adn. Oecon. VI, 7. τοὺς ἀμφὶ γῆν ἔχοντας. Alibi est εἶναι ἀμφί τι. Cyrop. VII, 1, 1.

κρείσσονες] V. adn. Oecon. VII, 25. τὸ φυλάσσειν. Infra §. 19. θᾶσσον.

ἅμα στερηθῶσι] Quanquam particularum ἅμα τε — καί et τὲ ἅμα καί ille usus, quem docet Bornem. Cyrop. VII, 1, 26., mihi non ignotus est, nolui tamen praeter necessitatem repugnare libris manuscriptis. Schneiderus eandem Platonis de vita tyranni sententiam affert: Reipubl. IX. p. 579. B: λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι, ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ.

§. 13. ἀλλ' ἄρα] V. adn. Ages. VII, 5.

καὶ ὁτιοῦν] quanquam vilissimam rem.

ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ] Ages. I, 34. ἐν δυοῖν ἔτοῖν.

λαβόντες — ἀπιέναι] Ita Graeci circumscribere solent notiones abducere, auferre

ρὰ τοῦ τυράννου ἢ ὅσα ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ πάντων
14 τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτῶνται. Καὶ ὁ Σιμωνίδης εἶπεν, Ἀλλ', εἰ τοῖς θεάμασι μειονεκτεῖτε, διά γέ τοι τῆς ἀκοῆς πλεονεκτεῖτε. ἐπεὶ τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος, ἐπαίνου, οὔποτε σπανίζετε· πάντες γὰρ οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα, καὶ ὅσα ἂν λέγητε, καὶ ὅσα ἂν ποιῆτε, ἐπαινοῦσι. τοῦ δ' αὖ χαλεπωτάτου ἀκροάματος, λοιδορίας, ἀνήκοοί ἐστε· οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν.
15 Καὶ ὁ Ἱέρων εἶπε, Καὶ τί οἴει, ἔφη, τοὺς μὴ λέγοντας κακῶς εὐφραίνειν, ὅταν εἰδῇ τις σαφῶς, ὅτι οἱ σιωπῶν-

§. 14. Stob. εἰ ἐν τοῖς θεάμασι (edd. vett. θεάτροις) μειονεκτεῖτε, ἐν ταῖς ἀκοαῖς πλεονεκτεῖτε· ἐπειδή. — ὅσα ἂν — ὅσα ἂν, quod est etiam in B. (ut videtur) pro vulg. ὅσα ἐὰν — ὅσα ἐὰν, cum Zeunio ex Stobaeo Frotsch. dedit et seqq. edd. V. Herm. ad Viger. p. 835.

§. 15. A. εἶπεν. — Stob. ἴδῃ pro εἰδῇ; Bas. II. εἰδῆτε. — Unus Stobaei codex a Stephano et alter a Brunckio inspectus πάντες πάντα κακὰ, Stobaei ed. Tur. πάντα in verborum contextu, πάντες in margine habet. Quapropter, suadente Stephano, Zeun. Weisk. Schaef. Frotsch. Saupp. πάντες πάντα κακὰ scripserunt; et similes. Cyrop. V, 2, 8: Ἐν δὲ δῶρον ἄπειμι ἔχων παρὰ σοῦ, ἀνθ' οὗ οὐδ' ἂν τὰ ἐν Βαβυλῶνι — ἥδιον ἂν ἔχων ἀπέλθοιμι. V, 4, 32: εἰ πλείω μοι δοὺς ἀπίῃς ἢ λαμβάνων. Anab. VII, 7, 53: ταῦτα λαβὼν — ἄπιθι. Saepissime etiam ita illa verba cum participio iunguntur, ut peculiari verbo eorum vim vix reddas. E. g. Oecon. XX, 24: ὥστε νυνὶ ἀκούσας σὺ τοῦτο ἐμοὶ ὁμοίως ἐπιστάμενος ἄπει (i. e. huius rei notitiam habebis), καὶ ἄλλον διδάξεις, ἐὰν βούλῃ. Anab. VI, 6, 26: ἄπιτε καταλιπόντες τόνδε τὸν ἄνδρα, relinquite hunc virum. Cyrop. IV, 5, 12. οἴχεσθαι ἡγουμένους. Videntur tamen omnia haec verba alacritatem quandam agendi significare, ita ut e. g. ᾤχετο παραφέρων Cyrop. II, 2, 4. vertere possis: statim, sine mora ferebat, Nostro loco accedit insuper ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ.

ἢ ὅσα] Post πολλαπλάσιος, διπλάσιος et similia plerumque omittitur pronomen relativum, sed non ubique. Cyrop. V, 2, 30: δύναμιν — πολλαπλασίαν ἧς σὺ νῦν ἔχεις. VIII, 3, 38: καὶ διπλάσια ἀπέδωκεν ὧν ἔλαβεν. III, 2, 42: τὰ δὲ χρήματα ὧν (i. e. ἢ ἃ) εἶπεν ὁ Κῦρος διπλάσια ἀπηρίθμησεν. Quos locos perperam neglexit Bornemannus ad Cyrop. IV, 2, 37. Vide Bernhardy p. 139.

§. 14. γέ τοι] certe quidem. Oppositionem quandam indicat τοι. Hermann. ad Viger. p. 828.

§. 15. πάντες κακὰ] Optime dictum πάντες πάντα, ut infra II, 8. est πάντες πανταχῇ, VII, 2. πάντες πάντα. Neque ullius momenti Schneideri est sententia, qui πάντα reiicit, quod amice Hiero cum Simonide colloquatur: quae ratio si tanti esset, πάντες potius omittendum erat. Sed nolui obsequi uni Stobaeo, nisi ubi vel boni codicis auctoritas, vel sententia, vel grammatica vel alia ratio illius lectionem obtruderet.

§. 16. ἀλλ'] respondet antecedenti τοῦτο μέν. Oecon. XIII, 5.

τες οὗτοι πάντες κακὰ νοοῦσι τῷ τυράννῳ; ἢ τοὺς
ἐπαινοῦντας τί δοκεῖς εὐφραίνειν, ὅταν ὕποπτοι ὦσιν
ἕνεκα τοῦ κολακεύειν τοὺς ἐπαίνους ποιεῖσθαι; *Καὶ ὁ* 16
*Σιμωνίδης εἶπε, Τοῦτο μὲν δὴ ναὶ μὰ τὸν Δία ἔγωγέ
σοι, Ἱέρων, πάνυ συγχωρῶ, τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευ-
θερωτάτων ἡδίστους εἶναι, ἀλλ', ὁρᾷς, ἐκεῖνό γε οὐκ
ἂν ἔτι πείσαις ἀνθρώπων οὐδένα, ὡς οὐχὶ δι' ὧν τρε-
φόμεθα οἱ ἄνθρωποι, πολὺ πλείω ὑμεῖς ἐν αὐτοῖς εὐ-
φραίνεσθε.* Καὶ οἶδά γ', ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, ὅτι τούτῳ 17
κρίνουσιν οἱ πλεῖστοι ἥδιον ἡμᾶς καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν

Schneid. seclusit *πάντα*; Dind. dedit (om. *πάντες*) *πάντα κακὰ*. — Stob., probante Stephano, dat *ποιούμενοι*.

§. 16. A. *εἶπεν*. — Stob. *ἐλευθεριωτάτων*. — Stob. ed. Tur. om. *γε* post *ἐκεῖνο*. — Steph. coni. *ἀλλ' ὅρα, μὴ*, Leoncl. *ὁρᾷς, ὡς ἐκεῖνό γε*; Ernest. *ὁρᾷς* deletum malebat; Zeun. et Schneid. *ὁρᾷς* ortum putabant ex *ἆρα σύ*. — *οὐχὶ* pro *οὐ* ex Stob. dedit Zeun., est etiam (ut videtur) in A. — Cod. Stob. *εὐφραίνοισθε*.

§. 17. Stob. ed. *ὅτι τοῦτο*. — Vill. Stob. *ἡμᾶς καὶ ἐσθίειν καὶ πίνειν*; B. *ἡμᾶς ἐσθίειν καὶ πιεῖν*; vulgatam lectionem dat etiam Athenaeus IV. p. 144.

